

Theology on the Web.org.uk

Making Biblical Scholarship Accessible

This document was supplied for free educational purposes. Unless it is in the public domain, it may not be sold for profit or hosted on a webserver without the permission of the copyright holder.

If you find it of help to you and would like to support the ministry of Theology on the Web, please consider using the links below:



<https://www.buymeacoffee.com/theology>



<https://patreon.com/theologyontheweb>

PayPal

<https://paypal.me/robbradshaw>

A table of contents for the *Journal of Theological Studies* (old series) can be found here:

https://biblicalstudies.org.uk/articles_jts-os_01.php

pdfs are named: [Volume]_[1st page of article]

The Journal of Theological Studies

OCTOBER, 1929

DOCUMENTS

FIDES ISATIS EX IUDAEO: A NEW EDITION

GENNADIUS, *De vir. ill.* 26, refers to a work written by one Isaac: 'de sanctae trinitatis tribus personis et incarnatione domini librum obscurissimae disputationis et inuoluti sermonis', &c. There can be no doubt that the tractate published by Sirmond¹ under the title 'Fides Isacis ex Iudaeo' is a portion² of the work referred to by Gennadius, for its subject is the same as he describes, and it is certainly very obscure. The work was copied by Pierre Pithou from a Le Mans manuscript, and it was Pithou's copy that Sirmond used as the basis of his edition. That this Le Mans manuscript is identical with Paris, *B. N.* 1564 (saec. ix), there can be no reasonable doubt,³ as the descriptions of the two manuscripts tally. The latest edition of the work was produced by Dr Hans Zeuschner as part of the *Ambrosiaster-Studien*, which constitute the eighth volume of Dr Max Sdralek's *Kirchengeschichtliche Abhandlungen* (Breslau, 1909). Zeuschner not merely edited the tractate, but provided a transcript of the Le Mans manuscript, a translation of his text, a commentary, an index of words and expressions, and other critical material of value. My only excuse for offering a new edition of the text is that another manuscript has turned up.

MS Rheinau 140 (saec. viii), now in the Zentral-Bibliothek in Zürich, is described in the six-volume catalogue of the manuscripts there, made by Dom Germain Morin, O.S.B., to whom the identification of the Isaac tractate is due. This valuable catalogue is as yet unpublished, but I had the privilege of studying it under ideal conditions on Aug. 3, 1928, and afterwards, by the kindness of the authorities, obtained rotographs of the Isaac portion of the afore-mentioned manuscript: for the Rheinau MS, like the Le Mans MS, is a *recueil*. Dom Morin notes that the writing of the manuscript is of the Luxeuil type. The manu-

¹ *Opera* t. i (Ven. 1728) p. 402; reprinted in Migne *P. G.* (not *P. L.*) xxxiii.

² If the *enim* of MS *A* be accepted at the beginning of the text, clearly something had preceded.

³ See, among other authorities, C. H. Turner in the *JOURNAL* xiii (1911-12) p. 78.

script is a very small book, and the pages with which we are concerned are numbered 43-62. Of the Le Mans MS (ff. 111 r to 14 r) I have also obtained rotographs by the kindness of Monsieur Henri Omont.

Neither manuscript can be said to be absolutely superior to the other in text, nor is the Le Mans MS, which I shall call *B*, a copy of the Rheinau MS, which I shall call *A*. *A*, however, contains some portions that are lacking in *B*, and the merits of each manuscript help out the defects of the other. Yet *A* is decidedly the more important of the two. That there is some relationship between them is not improbable—on occasion they share a bizarre punctuation—but what that relationship precisely is, I am unable to determine. We should expect insular influence to operate both at Luxeuil and at Le Mans, and attention may be called to the repeated corruption *pro* for *per* as an indication of a Visigothic strain in the Rheinau MS. That there was an insular stage in the transmission of *A* is clear from a number of cases where words that are indicated in insular manuscripts by abbreviations consisting of one letter, are omitted in *A*. I have omitted from my apparatus some of *B*'s spellings recorded by Zeuschner. I cannot pretend that my edition is definitive, but the help of the Rheinau MS at any rate makes some advance on earlier editions possible.

A. SOUTER.

INCIPIT FIDES ISATIS EX IVDAEO

QUINQUE enim sunt omnia, quae sunt haec, sed tria et duo fiunt in diuisione. haec autem quae tria sunt secundum sermonem humanum et secundum quod tria sunt diuiduntur et uere tria sunt et habent inter
5 se aliquid propter quod tria non sunt sed unum. iterum duo quae uere sunt diuisa a quinque, a se sunt diuisa per aliquid ut uere duo sint, per aliquid iterum non sunt diuisa ut unum sint non duo. haec duo diuisa a quinque, id est duo a tribus, per aliquid diuisa sunt, et per aliquid diuisa non sunt. per hoc ergo quod non sunt diuisa unum sunt, non tamen sic
10 unum ut tria illa superiora unum sint. tota haec tamen quinque quae diuiduntur tria et duo sunt. duo autem quae a tribus diuisa sunt haec sunt diuinitas et opera eius, quia praeter diuinitatem et opera eius nihil est

I INCIPIT FIDES ISATIS EX IVDAEO *B*: INCIPIT LIBER DE TRINITATE *A* 2 enim
om. B tria] *trea A* 3 diuisionem *B* autem *om. A* 4 uera *AB* tria
(*alt.*)] *trea A* inter] in *B* 5 propter] per *B* tria] *trea A* uere]
uera *A* 6 ~ diuisa sunt *B* quinque] tribus *B* per] pro *A* ~ sint duo *B*
per (*alt.*)] pro *A* 8 quinque id est duo a tribus] tribus inter ea haec diuisa a duobus *B*
per] pro *A* 8-9 sunt—sunt] *om. A* 9 per] pro *A* 10 *trea A* sint]
sunt *A* 12 eius (*pr.*)] + nihil est quod *A* diuinatatem *B*

quod neque diuinitas sit neque opera. igitur tria quae diuisa sunt a duobus haec sunt : deus pater innascibilis, non ex aliquo, et deus filius unigenitus, ex aliquo, hoc est ex patre, et spiritus sanctus innascibilis ex aliquo, hoc est ex patre, et sunt haec quae, cum tria sunt, unum sunt. hoc autem genere tria sunt, non unum. id est primum in sermone quo utimur, 5 non in fide, pater est innascibilis, non ex aliquo : hoc est, sine origine. quod pater est innascibilis hoc commune habet quia neque solus pater est neque solus innascibilis est, quia sunt alia innascibilia et sunt aliae paternitates, licet ipse sit origo innascibilium et paternitatum, non tamen nascibilitas. quid ergo est et patri proprium quod non in alio inuenitur 10 de his quae sunt, nisi in solo ipso hoc quod origo omnium est sine origine? per hoc ergo quod solus sine origine est, solus est. iterum aliud quod secundum sermonem humanum dicitur. sed quod in proprietate naturae suae secundum non est, unigenitus deus non ex se sed ex patre est quia unigenitus est. id ergo quod genitus est non est 15 eius proprium, quia sunt et alia genita, licet quae genita sunt non sic genita sint. quid ergo est ei proprium quod nulli commune est? ex his quae sunt genita quod is solus habeat, hoc est quia, cum omnia genita facta sunt, ipse solus genitus non factus est. per hoc quidem quod genitus et non factus est, solus est. item tertius qui uere tertius 20 est, non in ordine, eo quod non habeat illud natura ut sit tertius, hoc est paraclytus spiritus. non quia spiritus est proprium est ei soli ut spiritus sit, neque quia paraclytus est, solitarium aut proprium hoc habet nomen quando per interpretationem huius uocabuli commune habet, hoc est patri et filio et spiritui sancto. igitur per hoc ergo quod nec genitus nec 25 factus est, sed innatus ex patre est, solus est, nec iterum quia innascibilis est, hoc ei proprium est, quando quidem et pater innascibilis est. hoc eius proprium quia innascibilis est ex aliquo est, nec factus nec genitus est. per hoc igitur, ut dixi, quod nec genitus nec factus est sed innatus ex patre est solus est. in his ergo tribus hae sunt proprietates : in 30

1 ~ sunt diuisa B 2-3 et deus filius unigenitus ex aliquo om. A 3 et om. B 4 sunt (pr.) om. B unum] + non B 5 autem om. B id est om. B primo A quod A utemur B 8 neque solus om. B est om. B 9 paternitatis AB paternitatem A 10 quid] quod B est et] deo B patri] + est B 12 per] pro A 13 aliud] alium A : + secundum B 14 suae om. A deus] dei filius B sed cf. p. 7 n. 28 15 est (pr.) om. B 16 licet om. A 16-17 non sic genita sint om. A 17 sunt B 18 genita quod is] ut A is] his B 19 per] pro A quidem] ergo B 20 quod om. A item] iterum A uere] uero A 21 illud] illa A 23 solitarium] altarium A 24 communem B est om. B 25 patris B filii B 25-26 et spiritui (spiritu A) sancto . . . solus est] ut sit consolatur B 27 ei] et A 27-28 hoc eius scripsi: autem eius A : eis B 28 quia] qui B innascibilis B est (pr.) om. B 29 est (pr.) om. B per] pro A igitur ut dixi quod] ergo B g. n. f. est] f. n. g. B 29-30 sed innatus ex patre est om. A 30 hae] haec codd. proprietatis B

summo patre, quia nec factus nec genitus nec natus ex aliquo est, sed innatus sine aliquo est: in filio, qui factus non est et genitus ex patre est: in paraclyto, quia nec factus nec natus est, sed ex aliquo est, hoc est, ex patre. sunt ergo ex patre quia non nisi ex aliquo sunt duo
 5 hii, id est, filius non factus sed genitus, et paraclytus non factus nec genitus, sed ex patre. cum igitur tria haec uere tria sunt habentia singula suas proprietates, per hoc quod nec pater factus est nec ex aliquo est, et unigenitus non factus sed natus ex patre est, et paraclytus non natus nec factus, sed ex patre est. apertissime ostenditur per hoc quod non
 10 sunt facta, sempiterna esse, et quia filius non factus neque paraclytus, sed tamen ex se non sunt, sed a patre. uides etiam non tres esse, quia duo ex uno sunt, sed unum esse totum, quia duo hi neque ex nullo sunt neque aliunde, sed ex patre. secundum sermonis ergo elocutionem unius naturae esse intelleguntur, non tres ut patres, non tres ut filii,
 15 neque iterum unum ut solitarium, et non tres et uere tres quia unum sunt, et uere unum quia tres sunt. sequuntur de quinque partibus duo superius diuisa. pars autem secunda sola quae habet diuisionem in duo ex una est. haec est mundi creatio. hic enim mundus sic diuiditur: una est pars quae fit sine natiuitate; altera quae cum nascitur fit. haec
 20 pars mundi quae cum nascitur fit, homo est, et angelus, qui cum non nascitur fit, quia nulla creatura uel factura in filii dei nomine a domino constituuntur nisi et angelus et homo; angelus, ut sit aut filius aut deus propter FUNGENDAM LEGATIONEM dei ad homines, fit: homo uero ut aut filius dei aut homo appelletur, causa IMAGINIS DEI appellatur; nulla
 25 enim creatura FACTA EST AD IMAGINEM DEI nisi sola HOMINIS. hic ergo homo qui ex omnibus creaturis dei a deo IMAGO constituta est, licet ex omnibus elementis mundi natura eius concreta sit, tamen, cum in duabus naturis et diuersis esse constat, id est in anima et carne, ratio ueritatis non admittit ut qui uiuat sine anima neque intelligentiae capax est,
 30 sine eo quod est caro IMAGO DEI esse dicatur, sed quia anima uita sibi

23 cf. Eph. vi 20

24, 25, 26, 30 cf. Gen. i 26

I patri B nec genitus om. A I-3 nec natus . . . factus om. B 2 aliquo scripsi: a quo A 4 patri utrobique B quia] quae B sunt (alt.) om. B 5 id est om. B filium A 6 patri B singulas A 7 proprietatis B per hoc] perhibet A est (pr.) om. B 8 patre] patri B 8-9 et paraclytus . . . patre est om. B 9 apertissime B 10 et om. B filius] non filium A 11 a patre] ex patri B 12 hii] hii quia B sunt om. B 13 neque] + ex B aliunde A secundum om. A elocutionem A 14 patris B non tres ut filii om. A filii scripsi: filius B 15 et uere tres om. B 16 sequitur B 17 sola om. A 18 ex] et B 19 est om. B 21 domino] deo B 22 et (pr.) om. A ut om. B aut filius aut om. B 23 homines] hominis B 24 aut (pr.) om. B aut (alt.)] ut B imaginis B appellatur] appelletur A 25 ergo om. A 26 omnibus B creatoris A a deo om. A statuta B 27 congregata A cum] eum B 28 et (pr.)] om. A e B in om. B 29 admittit A uiuat] non uiuit B 30 eo] ea B

est sine carne. et quicquid intelligentiae homo habet, naturae eius est. sic tamen eius natura FACTA AD IMAGINEM DEI. non ergo caro in effigiem dei facta est, quia ipsa non est imago, sed anima quae AD IMAGINEM DEI est, in effigiem tamen facta est. haec est pars mundi quae cum nasceretur facta a deo, caro uero pars est eius partis mundi, quae 5 cum fit nata non est. plenitudo enim tertium est cum partibus mundi quod careat aut factura aut natiuitate aut innascibilitate ut sit. constat ergo diuidi in has duas partes quae supra dictae sunt, id est, in animam factam et natam et in elementa facta et innata, quia animam uoluntas dei quodam modo generat et uirtus eius facit, factura uero uirtute dei sola 10 creatur, anima uero uoluntate dei generatur et uirtute creatur. generatio uero eius non ex natura dei sed ex uoluntate est eius, creatio autem propter ea quia ante non fuerat. ideo elementa uirtute dei et uoluntate creata dicuntur, et haec uoluntas natiuitas est. soli enim angeli et homines in filios nascuntur et fiunt et natiuitatis nomen 15 accipiunt. ita utraque creantur, non utraque nascuntur, quia nasci eorum peculiare est qui nascuntur in filios. creantur autem et cetera, licet et ipsa ante non fuerint. fit ergo proprium in his duobus quod una nascitur et creatur, altera creatur tantum, non nascitur, licet utraque non fuerint pignora. itaque haec sunt aeternarum rerum quae sunt ex patre 20 domino et semper fuerunt, quia cum homo filius dei dicitur, et aliquando non fuit, non ipse uerus filius est, sed pignus eius est qui uerus semper filius erat, est, et erit. sic et alia pars creationis mundi quam diximus factam esse et non natam, licet et non nata sit et aliquando non fuerit pignus eius, hoc est paraclytus, qui non est natus et semper ex patre est. 25 ergo caro sit ex patre ea quae creata est, et non nata, et anima sit creata et nata IN IMAGINEM DEI. per uirtutem tamen resurrectionis coniuncta

2, 3, 27 cf. Gen. i 26

15 cf. Gen. vi 4

i sine carne] sed A intellig. A 2 tamen om. A naturae factam B dei om. B 3 ipsa om. A 4 est (pr.) om. A tamen] dei A est (all.) + quia ipsa non est imago. Sed anima quae ad imagine dei, in effigie tamen facta est A quae] quia A 5 nasceretur facta a deo] nascitur ad deum A est om. B partis] + eius A 6 nata] natura A enim tertium (tercium A)] tertia B 7 quod om. B careat] creata A aut (pr.) ut A factura aut] factus B ut] et B 8 id est om. A 9 ~ natam et factam B in om. B anima A 10 quodam modo om. B uirtute dei sola] per uirtutem B 11 anima uero . . . creatur om. B 12 uero om. A eius (all.) om. A 13 ideo] ita A 14 natiuitas] non natiuitatis B 15 angeli et om. B 17 qui] quia A 18 et] non B ante om. A una om. A 19 et creatur . . . nascitur om. B 20 fuerint] fuerunt A pignora B itaque] ita quae B 20-21 patre domino] deo B 21 cum] com B dei om. A 22 est (all.) om. A uero B semper om. A 23 est om. B 24 facta A et (pr.) om. B non natam] notatam A et (all.) om. A nata sit] natam siti A aliquando] tante B 25 eius] + est B paraclyti A 26 ex patre ea om. B

sibi fiunt inseparabilia atque ita aeterna, unum erunt in eum, secundum dictum domini nostri Iesu Christi in euangelio dicentis: SICUT TU IN ME ES, PATER, ET EGO IN TE, ITA ET ISTI IN NOBIS SINT IN UNUM, et iterum: SICUTI NOS UNUM SUMUS, ITA ET ISTI UNUM IN NOBIS SINT.

5 quicumque enim est maior, non est maior nisi aut tempore aut mensura aut honore. nos autem cum ante saecula et sine tempore natum esse filium a patre credamus, quo modo potest minor esse tempore qui ante tempus est? uel mensura quo modo creditur minor, qui inaeestimabilis immensus et infinitus est? ac sic nec in honore minor est, cum sit dei

10 filius et deus, quia unum dei nomen est. similis autem filius patri non potest dici, quia similitudo corporum est in qualibet specie aut coloris aut staturae. aequalis proprie dici non potest patri filius, quia aequalitas siue inaequalitas in quantitatis mensura est. siue ergo aequalitas siue similitudo in deum non cadit, quia deus incorporealis est, infinitus,

15 incomprehensibilis, inenarrabilis, immensus. non potest in loco aliquo contineri, licet UBIQUE ET IN OMNIBUS sit deus, sicut scriptum est in apostolo: IN IPSO ENIM UIUIMUS ET MOUEMUR ET SUMUS, eius enim licet et dici naturae esse deus noster ut omnia uideat, omnia audiat, omnia comprehendat. quia ipse est OMNIUM rerum CREATOR et conditor,

20 et quoniam dei filius deus noster ante tempora aeterna natus est, quando, quo modo, uel ubi non potest dici de eo: 'quando' enim tempus habet, 'ubi' locum significat, 'quo modo' mensuram uidetur exprimere, sed haec tria in dominum non cadent, quia est incorporealis. ideo expedit confiteri patrem ingenitum, filium genitum a patre ante tempora

25 aeterna: quando, ubi, uel quo modo non licet dici neque amplius scrutari, quia mens nostra quae mundo concluditur, inuestigare non potest factorem et dominum suum. nec tres omnipotentiae dici possunt:

2 Ioh. xvii 21

4 cf. Ioh. xvii 22

16 Phil. iv 12

17 Act. xvii 28

19 cf. Eccl. xxiv 12

1 eum] deum *B* 2 dictum domini nostri] dei enim *A* dicentis *om. B*
 3 ~ sint in nobis *B* in (*tert.*) *om. B* 4 iterum] + ait pater *B* sicut *A*
 ~ sint in nobis *B* 5 -que enim *om. B* est (*pr.*) *om. A* 6 nos] non *B* cum]
 eum *B* et *om. A* 8 tempora *B* qui] quia *A* inaeestimabilis *scripsi*:
 instimabilis *A*: inextimabilis *B* 9 ac] hac *B* in *om. B* honorem *B* dei]
 deum *A* 11 colores *B* 12 proprie *om. A* ~ filius patri *B* quia] qui *A*
 13 siue inaequalitas *om. A* quantitate mensurae *B* est] esse *A* siue ergo]
 si uero *A** 14 similitudo] inequalitas *B* deum] domino *A* non *om. B*
 15 immensus] + est *B* 16 conteneri *A*: continere *B* ubi quae *B* et *om. A*
 in omnibus] hominibus *A** 17 apostulo] actibus apostolorum *B* eius]
 huius *B* 18 et dici *scripsi*: at dici* (dicit *A**) *A*: dice *B* natura *A* est *B*
 ut] et *A* 19 rerum *om. A* 22 mensura *A* ex primaere *B* 23 dominum
scripsi: domino *A*: deum *B* (*fortasse recte*) quia] qui *B* 24 expetit *A* con-
 fiteri *A* 25 licit *B* 27 dominum] deum *B* nec] non *A* omnipotentis *A*

una est enim omnipotentia patris per filium et spiritum sanctum: omnipotentia enim ideo dicitur quod potentia sua et uirtute deus fecerit mundum et omnia quae in eo sunt. haec ergo omnia per filium facta sunt sanctificante ea spiritu paraclyto. et ideo duae omnipotentiae dici non possunt uel tres, quia alter sine altero et altero non operatur. 5 omnia enim quae uult pater per filium efficit, et omnipotentia patris dicentis omnipotentia est filii facientis, ac per hoc opus filii opus est patris. et ideo confitendus est filius coaeternus patri et spiritus sanctus ingenuus ex ingenito patre. filium esse qui ad redimendum genus humanum in utero uirginis Mariae hominem sibi ex substantia ipsius 10 Mariae fabricauit, in quo habitare dignatus sit, cuius etiam passione nos redemit. patrem esse quem Iohannis testem de domino Iesu Christo audierit: HIC EST FILIUS MEUS DILECTUS IN QUO BENE CONPLACUI. SPIRITUM esse sanctum quem A PATRE PROCESSURUM filius promisit, qui etiam descendit super apostolos die quinquagesima. et patrem 15 non esse filium, neque spiritum sanctum, quem paraclytum dicimus. filium non esse patrem neque paraclytum. paraclytum non esse patrem neque filium, quia filius dicat: CUM ERGO UENERIT PARACLYTUS ILLE, QUEM EGO MITTAM UOBIS A PATRE MEO, SPIRITUM UERITATIS, QUI EX PATRE MEO PROCEdit, HIC TESTIFICABITUR DE ME. ostendit esse quem 20 mitteret et a quo mitteret. deum tamen patrem et deum filium et deum paraclytum spiritum unius substantiae et trinae substantiae eius diuinitatis in fide nostra esse et manere debere confiteri quoque pium est et salutare: CORDE enim CREDITUR AD IUSTITIAM, ORE AUTEM CONFESSIO FIT AD SALUTEM. filius dei non est filius hominis, filius autem hominis 25 filius dei est, quia qui filius dei est non est filius hominis: unigenitus enim deus est. qui uero filius hominis est primogenitus est, et propter susceptorem suum, unigenitum deum, et ipse unigenitus dicitur, quia in eo est unigenitus. denique de primogenito apostolus Paulus sic ait:

13 Matt. iii 17, etc. 14, 18 Ioh. xv 26 24 Rom. x 10

1 enim *om. B* [omnipotentia] omnia potentia *A* 3 ergo *om. A* 4 sunt *om. B* [significante *A* ea *om. A* duae omnipotentiae] omnipotentes *B* 5 et altero *om. B* 6-7 patres dicentes *B* 7 ~ filii est *B* 7-8 ~ patris est *B* 8 filius *om. B* 9 patre] patri *AB* redemendum *B* 10 in utero uirginis mariae hominem *om. B* 11 fabricabit *A* sit] est *B* passionem *B* 12 redimet *A* iesu christo *om. B* 13 audieret *B* hic est] hoc esse *A* complacui] complacuit *A*: + ipsum audite *B* 14 ~ sanctum esse *B* filium *A* praemisit *B* 15 descendit *AB* apostulos *A* 16 esse *B** 17 neque paraclytum . . . patrem *om. A* 19 patre] patri: *A* patrem *B* meum *B* meo *B** 21 mitteret *utrobique AB* a *om. A* 22 et trinae substantiae eius *om. A* 23 in *om. B* nostram *A* dibere *A* confiteri *B* pium] proprium *A* 23-24 est et salutare *scripsi*: esse salutari *A*: et salutare est *B* 26 qui *om. B* enim *om. A* 29 primogenito] primo genitu *B* paulus *om. A* (*fortasse recte*) sic ait] dicit *A*: + qui est *B* (*ex Col. i 18*)

PRIMOGENITUS IN MULTIS FRATRIBUS, quia per eum crediderunt. non ergo unigeniti natura est primogeniti, sed per societatem unigeniti dicitur unigenitus esse. primogenitus autem natura est primogenitus, non causa societatis, quia nullus ex mortuis resurrexit ad immortalitatem 5 nisi ipse primus et solus, et exemplum resurrectionis futurae per suam resurrectionem omnibus sequentibus edidit. et ideo apostolus Paulus dixit: QUI EST PRIMOGENITUS EX MORTUIS. item ad Romanos: UT SIT IPSE PRIMOGENITUS EX MULTIS FRATRIBUS, et quia unigenitus et primo- genitus duae naturae sunt, diuina et humana, sed una persona; nam et 10 diuersitas harum naturarum in elocutione euangelii ostenditur. fidei igitur nostrae non conuenit ut Iesus Christus mentiatur, quia ipse est UERITAS. cum ergo ita sit, ipse de se dicit: QUI ME MISIT MECUM EST, NEC ME DERELINQUIT: et alio loco: DEUS, DEUS MEUS, QUA RE ME DERELIQUISTI? quia deus hominem susceperat et per mortem crucis 15 relinquendus erat a deo usque ad resurrectionem. fidei ergo nostrae sic conuenit ut homo dicat ad deum suum: QUA RE ME DERELIQUISTI? unigenitus autem deus qui inseparabilis est a deo patre esse dicat QUI ME MISIT MECUM EST NEC ME DERELIQUIT. trina lucis inuiolabilis aeternitas, trinae aeternitatis una maiestas, maiestatis aequalis aeternitas 20 aeternitatis, unitas trinitas deitas.

1 Rom. viii 29 7 Col. i 18, Rom. viii 29 12, 17 Ioh. xiv 6, Ioh. viii 29
13, 16 Matt. xxvii 46

1 primogenitus] + ex mortuis *add. B (ex Col. i 18)* 2 ~ nat. unig. *B* est
om. B soc.] sot. *A (ut u. 4)* 3 dicitur] dei *B* esse] est *B* primo geniti *B*
4 non *om. A* immortalitate *A* 5 ipsi *A* et solus *om. B* et (*alt.*)] et ex *A*
resurrectionis futurae per suam *om. B* 6 dedit *B* et *om. B* 7 item *A*:
idem iterum *B* Romanos] romanus *AB*: + ait *B* 8 ex] primatum tenens in
B et (*pr.*) *om. B* 9 et (*alt.*) *om. B* 10 euangeliorum *B* 13 dere-
linquid *A* loco] + ait *A* 14 susceperat *A* 16 sic] si *B* derequisti *B*
17 est *om. A* patri *A* esse *om. B* 18 derelinquid *A*: derelinquit,
EXPLICIT *B* 18-20 trina lucis . . . deitas *om. B*